

8<sup>o</sup> Theol. 5730

W

Flutten

fulius

Dialogus viri cuius-  
piam eruditissimi , festi-  
vus sane ac elegans , quomodo fulius , II .  
Pell . post mortem coeli fortis pulsando ,  
ab Janitore illo D . Petro , intromitti  
nequivicerit , quanquāclum viveret san-  
ctissimi , atq; adeo sanctitatis  
nomine appellatus totq; bel-  
lis foliætæ gestis pte-  
clarus , dominum coeli  
futurum se esse  
speravit .

Interlocutores .

fulius . Genius . D . Petrus .

Lector , rorū cohíbe .

v. Janua 8. 185.

# INTERLO

CVTORES IVLIVS  
II. GENIUS. ET  
PETRVS.



IVLIVS. II. P. M. Quid hoc mali est: nō apium fores? Opinor aut mutata, aut certe turbatā seram. GENI. Qui poti⁹ vide, netu nō attuleris clā uē quā oportet, neq; em eadē aperitur hoc ostiū qua arca numaria, atq; adeo cur nō utranc⁹ huc attulisti: nā ista quidē potētiae clavis est, nō sc̄it⁹. I V L. Imo mihi pr̄ter hāc nulla unquā fuit: neq; video quid opus sit illa, quū hāc adsit. GEN. Nec ego sane at nisi qđ interim excludimur. I V L. Efferuerit mihi bilis, pulsabo fores. Heus heus, aperite hoc actu tum aliquis ostiū. Quid hoc rei est: nemon, pdit⁹ quid ita cessat hic ianitor? Stertit opinor adpros be potus. GE. Ut hic ex se metit omnes. PE. Bene habet qđ portam habem⁹ adamantinā, alio qn fores hic q̄s̄ t̄, p̄fregisset. Gigantē aliquē, aut satrapam, yrbium euerorem oportet adesse. Sed

Añ



O deū immortale, quā hic cloacam olfacio. Nō statim aperiā ostium, sed hic e senestella cancella, taprospectans, quid portenti sit cognoscā. Quis es? aut quid tibi uis? I V. Quin tu fores aperis qntū potes, qui si tuo sumgi uoluisses officio, ob uiā oportuit uenisse uel uniuersa coelitum pompa. P E. Satis imperiose. At tu mihi prius expo fuit quis nā sis. I V. Quasi uero ipse nō uideas. P E. Videas. Ego uero nouū & haec tenus nō uisum spectaculum video, ne dicam monstrūm.

I V L. At nī plane cœcū es, agnoscis opinor clauem hanc, si querum auream ignoras. Et uides triplicem coronam, necno n undicq gēmis et auro lucentē pallam. P E. Evidē argenteam clauem utcunq agnosco, licet & solam, & multo dissimilē ijs q̄s olim mihi uerus ille pastor ecclie mihi tradidit Christ⁹. Porro Coronā istam tam superbam, qui quoſ possum agnoscere? quā nec barbarus unq tyrannus ausus est gestare? nedū is qui huic admitti postuleret. Nam palla qdē ista nihil me mouet; qui gēmas & aurum perinde ut rudera semper calcarim, atq contempserim. Sed quid est hoc? video passim & in clavi, & in corona, & in palla notas sceleratissimi caupōis, & in postoris, mei quidē pregnominis, sed nō instituti simonis, quem ego quondam Christi præsidio

deici. IV. Mitte rugas istas, si sapis. nā ego si nē scis, sū Iuli⁹ ille ligur, & agnoscis, ni fallor, duas lras. P M. nisi oīno lras nullas didicisti. P E. Sig nificare opinor, Peſtē Maximā. G E. Ha ha ha, ut hic diuinator rem acu tetigit. I V L. Imo Pō tificē Maximū. P E T. Ut ter maximus sis, ac magis etiam q̄ Mercurius ille Trimegistus, huc nō recipieris: nīli fueris optim⁹, hoc est sanctus.

I V L. Atq adeo si qd ad rem pertinet appellari sanctum, nīmū impudens es, qui mihi cun ceteris aperire fores: cum tu tot iam seculis tan tumodo sanctus dicaris, me nullus unq uocarit, nīli sanctissimū. Extant sex millia bullarum.

G B N. Vere bullarum. I V. In quibus non semel sanctissimus dominus nominor, imo iam sanctitatis nomine denotabar, nō sancti: ut quies quid mihi libuisse, G E. etiā temulēto, I V. id sanctitatem sanctissimi dñi Iuli⁹ dicerent fecisse.

P E. Quin tu igit ab istis adulatoribus calum postulato, qui te sanctissimū fecerūt: & ijdem tribuant felicitatē, qui dederūt sanctitatē. Quanq uisq adeo nihil interesse censes, dicaris sanct⁹, an sis? I V L. Irritor, si uincere modo licuisse, ego tibi istam nec sanctitatē inuiderē, nec felicitatem.

P E. O vocem sanctissimę mētis indicem: q̄q & alioquin ego te iamducū oculis totū collus

Aij

strās, mīltā īpietatis, nullā ī te sāctimoniāe nota  
anāduerto. Quidēm sibi uult nouis iste comi  
tatus, tam non pōtificius nā viginti ferme milia  
tecum adducis: nec ullū in tanta conspicio turba  
cui uel uultus sit Cristian⁹. Video tēterrīmā ho  
minum colluiciem, nihil preter fornices, teme  
tum, ac puluerem bombardicū olentium.  
Latrones conducticij mihi viderē, uel laruæ po  
tius tartareg, huc ab inferis eruisse, ut cœlo bella  
moueant. Iam teipm quo magis ac magis con  
tēplor, hoc min⁹ ullū video apostolici viri ueſti  
gium. Principio quid hoc monſtri est, q̄ cīſ ſup  
neſacerdotis ornatiū geras, idē in tuis armis crux  
entatis totus horres, crepasc̄. Ad haec, q̄ truces  
oculi, q̄ conumax os, q̄ minax frons, q̄ elatū &  
arrogans ſupcīlum. Nam pudet dicere, ac piget  
interim videre, nullā corporis partē nō cōſpur  
catā notis prodigioſe ac abomināde libidinis.  
Vt ne dicam, qd etiamnū totus & ructas & oles  
crapula ac temetū, ac mihi quidē modo uomua  
iſſe videris. Vtq̄ is est totius corporis habitus,  
ut nō tam ætate morbisue, q̄ crapula vici⁹, mar  
cidus, ac fractus videaris. G E. Ut graphice hūc  
suis depinxit coloribus P E. Tamēſi video te iā  
ducū mihi ſupercīlio minantē, tamen haud q̄o  
reticere, qd ſentio. Suspicio pestilentissimū illū  
Julium ethničū ab inferis rediſſe personatum, ut

me videat: adeo tibi cum illo cōueniunt omnia;

I V. Ma. di. ſi. P E. Quid dixit? G E. Iratus eſt.  
Ad hanc vocem nemo cardinaliū nō fugitabat:  
alioqui fustum illū ſanctissimi ſenſurū, præfer  
tim a conuiuio. P E. Tu mihi uidere probe cal  
lere ſenſum hominis: proinde dīc mihi, quis eſt

G E. Ego ſum magn⁹ ille Iulij genius. P E. Imo  
malus opinor. G E. Qualiſcunq̄ ſum, Julianus  
ſum. I V L. Quin tu nugas iſtas miſtas facis, ac  
fores aperis: niſi mauis effringi. qd multis opus  
eſt: uides cuiuſmodi ducam comites? P E. Sane  
video latrones exercitatissimos. verum ne ſis in  
ſcius, hae fores tibi ſunt alijs armis expugnande

I V L. Verborū inquā, iam ſatis. Ni ppere pa  
res, excommunicatiōnis fulmen uel in te torquea  
bo, quo ſūmos aliquādo reges, atq̄ adeo regna  
terrui. Bullā vides iam in haec paratac̄. P E. Qd  
malum fulmē, qd tonitru, quas bullas, q̄s am  
pullas mihi narras obſecro nā iſtorū niſil unq̄  
audiuim⁹ a Christo. I V L. At ſenties niſi pares

P E. Si quos olim iſtis firmis terrasti, niſil ad  
hunc locum: hic ueris agas oportet. bene factis,  
non maledictis hec arx expugnat. Sed queſo te,  
tu mihi fulmē excommunicatiōis mititaris: dic  
quo iure? I V. Optimo, quando iam priuatus  
eſt, nec aliuſ q̄ quilibet priuatus ſacerdos, imo

A iiiij

ne sacerdos quidem, ut consecrandi impotens;  
P.E. Nempe quia mortu⁹ opinor. I V L. Vi  
delicer. P.E. At ista quidē ratione, nihil mihi  
prestas plus q̄ mortuus. IV. Imo q̄diū cardin  
nales de nouo pōtissime subrogando litigāt, mea  
est administratio. G E. Ut ad hūc vitę somnia sō  
niat. I V L. Sed iam aperi inquā, P.E. Ni me  
rita narras inq̄, nihil agis. I V L. Quae merita  
tar. P.E. Dicam, Excelluisti doctrina sacra! I V L.  
Minime; nec hoc uacabat tot occupato bellis: ve  
rū abunde satis est fratū, si qđ hoc ad rem p̄ninet.

P.E. Ergo vitae sanctimonia multos Christo lu  
crificisti? G E. Tartaro q̄ plurimos. P.E. Clas  
tuisti miraculis? I V L. Obsoleta loqueris. P.E.  
Pure orasti & assidue? I V L. Quas nugas hic ḡ  
nit. P.E. Ieiunijs q̄q̄, vigilijsc̄ corp⁹ emacerasti.

G E. Desine que glo frustra hæc apud hūc, ne lu  
das operam. P.E. Ego alias egregij pontificis  
dotes non noui: si is habet magis apostolicas,  
tiaret ipse. I V. Quanq̄ indigna res est, Iulium  
illum omnibus antehac inuictum, nisi Petro ce  
dere, ut ne quid aliud dicā, p̄fiscatori, ac pene mē  
dico, tamē uti cognoscas cuiusmodi contemnas  
principē, audi iam paucis. Principio Ligur sum  
nō utru iudgus, cum quo mihi uel hoc tecū esse  
comune doleo, q̄ ianiculator aliquādo fuerim.

GE. Nihil est q̄ grauiter feras, nam hic quo  
q̄ permultum iaterest, q̄ hic vīctus parādi ḡtia  
p̄fiscabatur: tu ad stipem exiguam, scalmū remis  
subigebas. I V L. Deinde Sixti pontificis uere  
maximi. G E. De vicijs sentit. I V L. e forore  
nepos. Huius singulari fauore, meac̄ industria,  
primū ad ecclesiasticas opes, deinde p̄ gradus ad  
Cardinalitij Galeri fastigium sum erectus: post  
m̄lis fortunę procellis exercitus, ac durissimis  
casibus sursum iactat⁹ ac deorsum, ac p̄pter alios  
morbos, comitiali q̄q̄ obnoxius. Deniq̄ scabie  
quoc̄ (quā gallicam uocant) totus operi⁹. Ad  
hēc exul, inuisus, damnat⁹, omnibus abiectus ac  
pene deploratus. Tamē ipse de summo pontifi  
cio spem nūnq̄ abieci: ea erat animi fortitudo.  
Quū tu mulierculæ voce territ⁹, statim cesseris.  
Tibi mulier animū ademocrat: mihi mulier quæ  
dā fatidica, siue sortilega, fiduciā hāc addiderat:  
que quōdam tot merso malis, clam insulsurauit  
in aurē. Perdura fuliane, nihil te p̄igeat uel facere  
v̄l pati: olim tripli corona decoraberis: eris rex  
regū, & domin⁹ dominatiū. Nec uero me se  
sellit uel mea spes, uel illius vaticiniū. Huc q̄q̄p̄  
ter om̄iū spē sum eluctatus, partim ope Gallor̄  
q̄ reiectum fouerūt, partim inestimabili vi pecu  
niar̄, nō absq̄ m̄lto cōflata fœnore: nec id absq̄

A v

ingenio amen? PE. Quod ingenium nar-  
ras? LV. Hoc est, non absq; promissis ex  
pacto sacerdotijs, atq; in hoc repertis ex arte fidei  
iussoribus. quādoquidē tam ingentē pecuniam  
vix Crassus ip̄e p̄sentem totā numerasset. Verū  
hoc frustra tibi narro, quā ne om̄es intelligant  
mensarj. Habes q̄modo p̄uenerim. iam in pon-  
tificatus ita me gessi, ut nemo sit, nō dicam pr̄ſco-  
rum illorū pontificū, qui solo titulo mihi uiden-  
tur fuisse pontifices, sed nec recētioꝝ, cui tantum  
eccl̄esia, tantū Christus ip̄e debeat, quantū mihi.

GE. Vt Thrasone agit belua. PE. Exspecto q̄rā  
sum euadas. IV. Nam multis officijs (sic enim  
vocabant) nouis repertis, nō mediocrit̄ auxi fiscū  
p̄otifīcū. Tum rationē inueni, ut circa Sino-  
niae vīcium episcopatus emerent. Nimirū cōſtitu-  
tū est a maioribus meis, ut cui cōtigerit episco-  
patus, is deponat officiū, id ita sum interpretat⁹.  
deponere iuberis, at non deponit qđ non habes,  
emendū igitur quod deponas. Hac arte singuli  
episcopatus sena statim, aut septena ducatorꝝ mi-  
lia adferebant; pr̄ter illa quę ex more pro bullis  
extorquentur. Tum ex noua moneta (qua to-  
tam expleui Italiam) non exigū emolumētū  
conflauit; nec ulla cessaui parte in accumulandis  
pecunijjs. Nimirū intelligēs absc̄ his nihil recte.

geri, neq; sacrum, neq; profanum. Et ut ad ma-  
iora veniam, Bononiam a Bentivolis occupatā  
Romāne sedi restitui. Venetos ante inuictos om̄i  
bus, marte cōtudi, Ferrarię ducem diu male vex-  
atum bello, propemodum in Nassam illexeram  
Conciliabulū scismaticum simulato contra cōz-  
cilio feliciter elusi, & clauſū (quod dici solet) daꝝ  
uo pepuli. Postremo Gallos, tunc orbi formida-  
biles uniuerso, ex uniuersa Italia deturbauit: de-  
turbaturus & Hispanos (nā huc ibam) nisi me-  
fata terris eripuissent. Atq; hic quoq; q̄ inuictū  
pr̄estiterim animum, vide. Gallis superiorib⁹,  
latebras circūspectare cepi, Canam alebam bar-  
bam, rebus propemodum in desperationem ad-  
ductis, cum repente nuncius affertur aureus,  
apud Rauennam aliquot Gallorum milia truci-  
data, ibi reuixit Iulius. Ad hæc per triduum fer-  
me p̄ mortuo habebar, etiam mihi: atq; hic  
quoq; rursum pr̄ter om̄ium, atq; adeo meam  
etiā spem reuixi. Tantū igī ualeat mea uel autho-  
ritas uel astutia, ut hodie nō sit regū christiāoꝝ,  
quę nō ad arma cōcitauerim, ruptis, discussis, dif-  
fusis federib⁹ oībus, q̄b⁹ it se fuerit exactissime  
cōciliati. Proxīo q̄q; federe (qd Cāeraci int̄ me, et  
Galloꝝ, & Ro. regē, aliosq; coierat p̄cipes), ita  
abolito, ut ei⁹ ne mētio qđē unq; sit facta. Sup hęc:

omnia, quum tantum aluerint exercitū, tot spē didissimos triumphos adornarim, tot exhibuerim ludos, tot locis ædificauerim, tamē moriēs reliqui quinquagies centena milia ducatorū: maiora gestur⁹. Si iudeus ille medicus, qui diu mihi vitam arte sua prorogarat, amplius proferre potuisset. Atq; utinam nunc quoq; magus aliquis me in uitā restituat, q̄ egrēgīs coeptis meis colophonē liceat iponere: tāet si moriēs sedulo id curauit, ne bella p̄ me toto orbe cōcitata cōponeret: dedic̄ operā, ut pecuniae in eum dumtaxat usū essent incolumes. hæc erat suprema uox anima exhalantis. Nunc & sic de Cr̄isto, de eccl̄esia merito p̄tifici, grauare Christi fores aperire: Atq; hæc magis admirab̄, qui pp̄cederit me hæc sola animi uirtute perpetrasse, nullis alijs adiutum adminiculis, quibus alij fere solent. Non natalibus, quū ne ipse patrē norim: quod qđē ad gloriam meam dixerim, nō forma, quū larualem facie omes exhoruerint, nō literis, quas nūc attigi, non corporis uiribus, quod mihi tale contingit, quale sup̄ius descripsi. non ætatis fauore, se nec hęc gessi. non popularitate, nā nemo nō oderat. non clemētia, qui adeo fuerim lexorabilis, ut in eos quoq; sequierim, quibus alii solēt omnia p̄mittere. P.E. Quid hoc rei ē? G.E. Hoc tamē si

durū videtur, molle quiddā est. I V L. Sed res luctante fortuna, x̄tate, corpe, breuiter dījs atq; hominibus, solo tamē animo fretus meo & per curijs, hæc tanta paucis annis gessi: tanta relicta materia posteris, ut sit quod agant ut in decimū annum. Hæc de meip̄o uerissime quidē, sed mo destissime dixi, quæ si qđ eorū, qui Romę solent apud me dicere, suis phaleris exornasser, deum audires, non hominēm. P.E. Inuidissime belatōr, quoniā mihi noua & inaudita sunt oīa quē narras, queso veniam hanc meo des uel flus pori uel imperitię, ne molestū sit crassius de sinugulis percunctanti respondere. Qui suntisti can-didi, comatulic⁹: I V. Hos quidē animi causa alebam. P.E. Qui nigri isti & cicatricos⁹: I V. Milites sunt ad duces, qui mea & eccl̄esia causa fortiter in bello morte opetierunt, partim in expugnāda Bononia, cōplures in p̄aelio aduersus Venetos, plærīq; apud Rauēnam: quibus omnibus uel ex pacto debetur coelum, si quidem iam pridem magnis bullis sum pollicitus, recta in cœlum euolaturos, quicunq; Iulij auspicijs pugnarent, etiam quæcunq; uita p̄cessisset. P.E. Proinde quantum conjectura consequor, ex istis erant qui mihi s̄ae pius ante tuum aduentū molesisti fuerunt (dum hyc tantū non vi conarent irru-

pere) plumbas quas dā bullas ostentātes. IVL.  
Ergo nō admisisti, quantū audio. P E. Ego nec  
ne unū quidē istius sane generis. Nā ita me do-  
cuit Christus, has fores aperiēdas nō his, qui plū  
bo g̃ues huc adducūt bullas, sed q̃ nudos vestie-  
runt, esuriētes pauperūt, s̃ientibus potū dederūt,  
captiuos inuiserūt, peregrinos collegerunt. Etenī  
si eos quoq; voluit excludi, qui in nomine suo p̃  
phetarint, qui dæmonia eiecerint, qui signa fece-  
rint, tu censes admittendos, qui tantūmodo hue  
asserūt bullam, Iulij nomine. IVL. Quid si scis  
sem? P E. Intelligo, si quis ab inferis reuersus, ea  
tibi nūciasset, bellū indixisses mihi. IVL. Quin  
& excommunicassem. P E. Sed perge, cur armatus  
ipse? IVL. Quasi nescias summo pontifici usū  
q̃ esse gladium, aut nisi uelis bellare nudū. P E.  
Ego sane cū istum tenerē locum, nullū noui gla-  
dium, nisi gladium sp̃iritus, quod est verbū dei.  
IVL. At non idē prædicat Malchus, cui⁹ aurī  
culā absq; gladio amputati credo, P E. Memi-  
ni & agnoscō, sed tūc pro magistro Christo pug-  
nabā, nō p̃ me, pro vita domini, nō p̃ numisa,  
aut ditione seculari. & pugnabā nondū p̃otifex,  
p̃missis dumtaxat clauib;is, nōdū acceptis, non-  
dum accepto sp̃iritu sancto: Et tñ iussus sum res-  
cōdere, ut palam admoneret, hoc pugnæ genus

agebatur. P E. Fortasse Bentiuolo male admi-  
nistrante, marcebant resp. IVL. Imo maxie flo-  
rebat ea ciuitas, multis ædificijs aucta & illustrata,  
& eam ob rem impensius inhiciabā. P E. Intel-  
ligo, præter ius igitur inuaserat. IVL. Ne hoc  
quidem: ex pacto possidebat. P E. Ciues ergo  
non ferebant eum principem. IVL. Imo mor-  
dicus illum tenebant: me auersabantur fere uni-  
uersi. P E. Quid igitur causæ? IVL. Nempe q̃  
ille sic administrabat, ut ex immēsa pecunia, quā  
a ciuib; colligebat, vix paucula millia, ad nostrę  
redirent fiscum. Præterea sic expediebat, ad id,  
qd̃ tum temporibus agitabam aīo. Itaq; Gallis  
operā nauātibus, & nōnullis meo fulmine terris  
tis, profligato Bentiuolo, Cardinales & episco-  
pos urbi p̃feci: ut nulla pars emolumentorū nō  
rediret ad usus ecclesiæ Romanæ. Ad haec, titul⁹  
& imperij dignitas ante penes illū esse videbaſ.  
nunc undiq; nostrę visuntur statuæ, nostri legūt  
tur tituli, nostra adorant tropheæ: iam passim et  
Iulius faxeus stac & aeneus. Denicq; si spectasse,  
q̃ regali triumpho Bononiā sim ingressus, for-  
tasse contemneres omnes Octauiorū ac Scipionū  
triumphos, & intelligeres me non absq; causa rā  
strenue pro Bononia dimicasse: vereq; spectas-  
ses eodem tempore, & militante, & triumphante

B.

Ecclesiam. P E. Ergo te regnāte, quantū intellectu  
go cōtigit illud, quod orare nos iusserat Ch̄rus.  
Adueriat regnū tuū. Iam vero Venetiū quid ad  
miserant. I V L. Primū grecis habant, ac me p  
pemodū pro delectamento habebāt, nihil non  
cōuiciorum in me iacentes. P E. Verorū, an fal  
forū. I V L. Quid refert? sacrilegium est de Ro  
pontifice, vel mutare, nisi in laudem. Deniq; fa  
cerdoria suo cōferebat arbitratu: nullas lites hue  
transfieri patiebāt: nullas cōmercabant dispē  
sationes. Quid multis opus est? intollerabili iac  
tura Romanā sedem affligebāt, quippe qui nō  
exiguā insup patrimonij tui partem occuparēt.

P E. Mei patrimonij: Quod obsecro milii nar  
ras patrimonium c; qui relictis omnibus, nudū  
Christum, nudus sum secutus. I V L. Aliquot  
inquam oppida sedi romanæ debita. Sic em p  
cularem illam possessionum suarū partem sans  
tissimis patribus placuit appellare. P E. Mea  
quidem infamia probe vestris lucris consulitis;  
Hanc igitur appellas iacturam intollerabilem c;

I V L. Quid nō? P E. Verum erant corrupti  
mores, refixerae pietas c; I V L. Apage, de nū  
gis agis, imo derahebaatur nobis infinita duca  
torum milia, quot vel legioni militum alien  
iae sufficiunt. P E. Magna sane iactura scenera

tori. At ferrariensis ille, quid tandem designaret?

I V L. Quid ille homo omnium hominū in  
gratissimus? Hunc honorem habuerat ille Christi  
stī vicarius Alexander, ut alteram filiā illi daret  
uxorem: addidit dotis nomine luculentissimam  
ditionē, homini alioqui ignauo: tamē īmemor  
tante humanitatis, semp oblatrabit mīhi Simeon  
miam, p̄derasten, ac cōmōrū mētis hominē dicitū  
tans: & insuper vestigalia nōnulla uindicabat  
non illa quidē maxima, sed tamē haud quaq; af  
pernanda diligenti pastori. G EN. Imo negocī  
atori. I V L. Ad hæc qđ uerius ad rem pertinet,  
expediebat & hoc ad id quod parabam, Hoc im  
perij, nostræ ditioni copulari, ppter sitū oppor  
tunitatē, proinde conat⁹ sum, hoc deturbato, di  
tronē eam meo cognato conferre, viro strēnuo,  
& quiduis pro dignitate ecclesiæ ausuro: vt qui  
nuper surapte manū cardinalē Papiensem in me  
am gratiā cōfoderit. Nā filiæ maritus sua sorte  
contentus est. P E. Quid audio? uxores ac libe  
ros habent summi pontifices c; I V L. Suas qui  
dem Vxores nō habent, liberos autē habere, qđ  
mōstri est, cum sint viri, non eunuchi. P E. Sed  
quæ tandem res excitarat schismaticū illud cōcilia  
bulū? I V. Perlongū fuerit reī a prima repetere  
origine; dīcā summatim. Iam qđ sīdā redere cooperat

Romanæ curiæ Aiebāt, turpi questu, pdigio/  
sis ac nefandis libidinib⁹, veneficijs, sacrilegijs,  
cœdibus, simoniacis nundinis, vndiqz inqñata  
esse omnia. Meipsum aiebant simoniacum, te/  
mulentum, spurcum, mundano turgidū spiritu,  
ac modis omnibus eum, qui locū illū indignus,  
cū summa reipublice christianæ pernicie, occupa/  
rem: Itaqz generali cōcilio succurrentū esse reb⁹  
tam afflictis. Addebat adiuratū me, ut post ac/  
ceptū honorē, intra bienniū generale Cōciliū in  
dicerem : hac legie creatūr pōtificem. P.E. Atqz id  
vere dictum? I V L. Imo factum. At ipse me ab  
eo iureirando, quū uisum est, absolu. Quis au/  
tem dubitet, uſqduis deierare, cum de regno agi/  
tur? In alij colenda pietas, ut eleganter ille dixit  
Iulius, alter ego. Sed audaciam hominū specta:;  
vide quorsum euadant. Desciscunt Cardinales  
nouem, denūciant mihi conciliū, inuitat, orant,  
ut præsideam. Quū nō Impetrāt, indicūt uniuersis,  
authore Maximiliano tanqz imperatore. ( qd  
historię testentur, olim ab imperatoriis româ/  
nis cōciliū indici solere ) authore item Galloz re/  
ge Lodouico eius nominis duodecimo. Horres/  
co referēs, ac tunicam illā Christi incōsutilē co/  
nant discindere, quā nō quoqz reliquerūt integrā,  
qui crucifixerant. P.E. Sed eras istiūsmodi qua

Item illi prædicabāt: I V L. Quid ad rem: sūmū  
erām pōtifex, finge me uel Cercopibus scelerat  
orem, uel Morycho stultiorē, vñ indoctiorē stipi/  
te, spurciorē lerna, quisquis hanc tenet potentissē  
clauē, eum decet, ut Christi vicariūm reuereri, ut  
sanctissimū suspicere. P.E. Etiam aperte malum?

I V L. Vel apertissime. Quare nō ferendū, ut cū q  
Dei vicem agit in terris, omniō deum quendā  
inter homīes præstat, a quopiam homūcione re/  
prehendatur, aut conuicjjs violetur. P.E. Atqui  
reclamat sensus cōmunis, ut bene sentiamus de  
eo, quem palam scelerosum cernimus; aut bene  
loquamur de eo, de quo mala sentimus. I V L.  
Cogiter quisqz qd vōlet, modo bene loquatur,  
aut certe fileat. Porro reprehendi non potest Ro.  
pōtifex, nec a concilio generali. P.E. Vñ hoc  
scio, qui Christi vicē sustinet in terris, debere qz  
pt illi simillimū esse, atqz ita vitā Om̄ne peragere  
ne quid in eo possit reprehendi, neque quisqz meri/  
to de illo male loqui queat. Male vero cū ponti/  
ficibus agitur, si ut bene de se loquantur homīes  
minis extorquēt potius, qz benefactis. Impetrāt:  
quos nisi mētiendo laudare nō possis, quorum  
summā gloria sit, hominū male sentientiū coac/  
cū silentiū. Verū illud mihi responde: Nulla ra/  
tiō potest amoueri scelerosus ac pestilēs pōtifex?

IVL. Ridiculum, a quo amouere qui sum  
mus est. PE. At qui ob istud ipsum maxime de-  
bebat amoueri, qd sumus. Nam quo maior, eo  
propniciosior. Si mudanæ leges imperatorum male-  
rem pueri, administrantem, non soli abdicant, verum  
etiam capitibus afficitur supplicio, quenam est tam in-  
felix ecclesiæ conditio, ut Ro. pontificis oia sub-  
uertent ferre cogatur, nec ullo pacto possit publica-  
cam pestem depellere? IVL. At si corrigendus est  
Ro. pontifex, per concilium corrigitur oportet. Por-  
ro nullum concilium cogi potest inuito pontifice: alio  
qui Conciliabulū sit, non Concilium. Qd si maxime  
cogatur, nec statutum quicquam potest refragare p̄ pontifice.  
Denique restat extremum praesidiū, absoluta potes-  
tas, quia longe iam superior est unus pontifex uni-  
uerso concilio. Ceterum submoueri sacerdotio non  
potest ob quodvis crimine. PE. Non ob homicidium?

IVL. Nec ob paricidium. PE. Non ob fornicationem? IVL. Bona verba, in quo ne ob incestum que-  
dem. PE. Non ob simonia et impietatem? IVL.  
Non vel ob sexcetas. PE. Non ob uenescium? IVL.  
Ne ob sacrilegii quodcumque. PE. Non ob blasphemiam?

IVL. Non inquit. PE. Non ob hęc omnia simul,  
in unā cœlernam conflata? IVL. Adde si libet sex-  
centa flagitorum nomina, his quocumque foediora, non  
potest tamē Ro. pontifex ob ista submoueri l'oco-

PE. Nouā uero mihi Ro. pontificis dignitatē  
prædictas: siquidem huic soli licet impune pessi-  
mum esse, Tum magis nouā infelicitatem ecclesie,  
si tale portentū nulla via queat excutere, talē  
q̄ cogatur adorare pontificem, cuiusmodi nemo  
toleret stabularium. IVL. Quidam ob unū quod  
dam dūtraxat amoueri posse dicunt. PE. Ob quod  
obsecro benefactum: quādoquidē ob malefacta  
nō potest, si ob hæc que dixi non potest. IVL.  
Ob crimen haereseos, at ita demū, si publice sit cō-  
uictus. Verum id quoq̄ friuolū est: neq; uel tantilla  
lum officit pontificiæ maiestati. Primum in maz-  
nu est, legem ipsam abrogare, si minus placeat.  
Deinde q̄s ausu summū pontificē in criminē uocas  
represertim toruarmatū p̄sidiū. Ad hæc si forte  
premat cōcilio, facilis est palinodia, si insificari nō  
liceat: Postremo mille sunt cuniculi, q̄bus facile  
possit elabi: ni prorsus stipes sit, nō homo. PE.  
Sed dic mihi p̄ pontificiā potestate, q̄s leges istas  
tam p̄claras cōdit? IV. Quis ali⁹ nisi fons legum,  
omni⁹ Ro. pontifex? At qui eiusdem est legē abrogare  
re, interpretari, dilatare, astrigere, ut cūq; uisū est suis  
expedire cōmodis. PE. Felicē pfecto pontificē, si  
legē ferre possit, qua Christū etiam eludat, nedū cō-  
cilium: q̄c̄ aduersus huiusmodi pontificem, cu-  
iusmodi tu modo descripsisti, palā scelerosum.

remisentū, homicidiam, simoniacū, veneficū, periuū, rapacem, portentosis libidinū generib⁹, undeq; conspurcatū, idq; propalā, non tam op̄tandū generale cōciliū, q; ut plebs armata faxis, ut publicā orbis pestē, publicitus tollate medio. Verū age, dīc mihi, quid est causæ cur Ro. Pōti⁹ sex tantopere horreas generale conciliū? I V L. Quin idē a monarchis queris, cur senatū & celebres cōfessus oderit? Nempe q; turbat tot excellētium virorū, non nihil obscuret regia dignitas. Qui docti sunt, q; literæ fiduciā & audaciā adidunt: qui boni conscientia freti, liberius loquuntur, q; nobis expediatq; dignitate prædicti, auctoritate utunt̄ sua. Accedunt inter hos nōnulli, qui nostræ inuidēt gloriæ, & hunc animū scētū affērunt, ut mīnūt pōtificis & opes & auctoritatē. Deniq; nullus hic assidet, quin sibi putet aliquid aduersus pontificē licere cōciliū titulo, nimis alizas inuictum. Proinde vix ullū conciliū tam sceli liter cessit, ut sumimus ille pontifex non aliquam maiestatis suæ iacturam senserit, minusq; sum⁹ discesserit. Cuius rei uel ipse testis esse potes, nisi prorsus excidit. Nam quāq; tñ qdē de rebus leuitulis agebatur, non de imperijs & regijs cenſibus, ut nūc, tamen Iacobus ausus est tuæ oratiæ oni nōnihil d̄ suo adjēcere. Etenī quū iu-gēniles

Onore Mōsaice legis in totū liberass̄, Iacobus succedēs, fornicationē excepit, & sāguinē, & id lothyū, ueluti corrīgens tuā ī ūam: ut hodieq; sint, qui hac re cōmoti nō tibi, sed Iacobo putens fuissē summi pontificis auctoritatē. P E. Vnum igitur illud spectandū existimas: ut salua sit regia summi pontificis maiestas, ac nō magis publica utilitas reip. Christianæ? I V L. Ad suū quisq; cōmodū spectat, nos nostrū agimus negocium.

P E. Atqui si Christus idē fecisset, iam ne esset ecclesia, cuius te monarcham esse iactitas, & non video qui conueniat, ut qui Christi vicarius apostolari gaudeat, Christo diuersa sequatur. Sed il lūd iam expedi, quanā arte scismaticū illud, utē tu vocas, conciliū discusseris? I V L. Dicā equidem, allequere si potes. Primum imperatorem Maximilianum (sic enī vocant) ut est unus omnisi minime difficultis, tamen per soleennes nūcios conciliū īndixerat, tñ nō dicendis modis ab instituto subduxī. Præterea cardinalibus aliquot arte simili p̄suasi, ut quod publicatis iam instrumentis statuerāt, rurūlū accitīs notarijs ac testibus, negarunt. P E. An istud licet? I V. Quid si nī licet, approbante summo pontifice? Quid si vōlet, ius iurādū, ius iurādū nō est: ut a quo pab̄sim quos vult liberat. Sed tamē ut ingenuē dicā,

erat id quidē paulo impudētius: verū non pates  
bat via cōmodior. Deinde quū videbā futurū,  
ut apud nōnullos inuidia cōciliū premeret, maxi  
me qđ sic esset indictū, ut nō excluderer, sed sup  
plicē inuitarer, rogarerq; præsidere, vide quam  
iam technā reperī, superiorū secutus exēplū.  
Ipse vicissim ad conciliū prouocauit: causans, nec  
tempus, nec locū satis esse idoneum, quē illi præ  
stituissent. Romæ subito conciliū indixi, quo ne  
minē ventus arbitrabar Iulio nō amicū, aut cer  
tenō obsecūdatur. Sic em̄ eos multis exēplis do  
cuerā. Ac protinus in hunc usum cōplures Car  
dinales creaui meis institutis accōmodos. G.E.  
Hoc est, facinorosissimos. I V. Rursum hoc cō  
ciliū, nisi indixissem, concilium nō fuisset: & tñ  
haud quaç expediebat rebus meis tantā episco  
poris & abbatū turbam huc cōfluere, iter quos fi  
eri nō potest quin aliquot probi pīq; fuerint fu  
turi. Itaq; monui, ut sumptibus parceret: & sin  
gulæ regiones unū, aut alterū dūtaxat mitteret.  
Deinde cum ne hoc quidē satis tutū viderem, &  
paucos ex tot, puincjs ad magnū reddituros nu  
merū: denuo illis iam ad iter accinctis denūciaui  
ne uenirent, Conciliū in aliud tēpus prorogans  
dum: cōmentus ad id causas ut cūq; probabiles.  
Atq; ijs artib; exclusis uniuersis, rursus ante;

tertēns quē præscripsit ad diē, Rōmæ cōciliū m  
stitui, cū hs dūtaxat, quos ad id parauerā. Inter  
quos etiā si qui fuerēt, qui dissentiret a me, tamē  
illud certū habebā, Iulio neminē refragatus, cō  
to arms & satellitibus superiori, Jam ad hūc mo  
dū ingentē inuidiā mouit Gallico Gallico  
dimissis q̄equuersum literis, in q̄bus de nostro  
sacrosancto concilio faciebā mentionē: conciliū  
illig; execrā, cōtentū Satanæ, conciliabū  
lū diaboli, schismatica cōspirationē subinde no  
minās. P.E. Oportet sceleratissimos fuisse Car  
dinales authores ac principes Concilii. I V L.  
Demoribus nihil queror: sed caput hui⁹ negocia  
fuit Cardinalis Rothomagēsis, qui nescio q̄ san  
ctimōia hic semp̄ huc spectauit, ut ecclesiā redde  
ret emēdationē. Idq; fecit locis aliqt. Hunc mors  
cripuit mihi, tamen rem faciēs oīm gratissimā.  
Successit huic Cardinalis titulo sanctæ crucis, His  
pan⁹, vitæ quidē inculpatæ, sed rigidus, senex, ac  
Theologus. Qd̄ qd̄ gen⁹ hoīm ferme solet esse  
infestū Romanis pontificibus. P.E. At qui ho  
mo theologus nihil habebat quod suo facto pa  
babiliter obrexeret: I V L. Per multa. Aiebat cīm  
nulla fuisse tempora inquieriora q̄ tum erant,  
nunquam ecclesiæ morbos magis intolleran  
dos; itaq; generali concilio succurrendū.

me cum ad summum pontificium admittere, sacramentis adactum, ut secundo ab inito pontificatus anno concilium indicarem: & ita adactum, ut ne a Cardinalium confessu possem absoluiri. Deinde saepe a fratribus Cardinalibus meis admonitus, rogatus, interpellatus a principibus, quod quis potius ephoc in aurem admisisse: ita ut pallia appareret, Iulio viuo nunc futurum concilium. Citabat exempla superiorum conciliorum: citabat leges aliquot pontificias, quibus ostendebat me cum meis derectate concilium, ad se ius indicendi deuolutum. Ceterum item principibus coniuentibus, indicandi munus ad imperatorem Ro. qui olim solus indicebat, & ad Galiorum Regem, qui praecipuus esset, pertinere. P.E. Num igitur in te nefanda dictu scribebas? IV. Imo surciferi plus hic sapiebas quod volebas. Rem odiofissimam, mira modestia tractabant: & non solum temperabant a maledictis, sed me nunquam nisi cum honoris punctione noverant: rogates & obsecrantes per omnia sacra, prius, ut quod me dignum erat, quodcumque iure iurando pollicitor esse, concilio indicio praesiderem: pariterque secundum sanadis ecclesiasticalis operam comodare. Nec dici potest, quoniam hec perantia mihi conflarit inuidiae, presertim, cum omnia sua sacris literis codirent. Nam apparet eruditos aliquot ad id adhibitos, Addebat

interim ieunia, orationes, mira vitae frugalitate: ut magis etiam me premeret opinione sanctitatis.

P.E. Tu contra quo titulo concilium indixeras?

IVL. Longe splendidissimo. Ostendebam mihi in animo esse primum corrigere caput ecclesie, hoc est, me ipsum. Deinde principes Christianos. Post rem plebem universam. P.E. Bellam audio comediam, sed iam expecto catastrophem. Iuvat audire quod Theologi illi in Satanae conciliabulo statuerint.

IVL. Indigna, abominanda, refugit animus commemorare.

P.E. Obscro tam nefadas.

IVL. Prorsus impia, sacrilega, plusquam hereticarum quibus nisi manibus & pedibus obfutuisse, immo armis pariter atque ingenio, actum erat de dignitate ecclesiae Christianae.

P.E. Tanto magis expecto quae sint ista.

IVL. Ah Horresco referens. Id agebat scelesti, ut ecclesia tot opibus, actata dilectione florente, ad veteres illas sordes, ac miseram frugalitatem reuocaret. Ut Cardinales, qui nunc vitae strepitum quoniam antecellunt tyrannos, ad paupertatem redigerent: ut Episcopi multo contracti vivarent, minus satelliti, minus alerent equorum. Decreuerat, ne passim Cardinales absorberent episcopatus, Abbatias, sacerdotia. Ne quis unus plures episcopatus complectetur, Istos qui per fas (ut aiebant) nefasque lexera, si possint, cumulant

sacerdotia, coerceret cœlabat, ut his essent cōtentis  
censibus, qui frugali sacerdoti satis essent. Ne q̄s  
c̄ crearet summus pōtīfex, aut Episcopus, aut sa-  
cerdos interuentu numerū, aut respectu fauoris,  
aut turpis obsequiū, sed dumtaxat ex vīce merita.  
Quod si cōpertum esset, illico submoueret.  
Ut liceret romanum Pontificē palam facinorosum,  
ab honore depellere. Ut Episcopi scortatores  
ac temulēti, priuentur administratiōe. Ut sa-  
cerdotes palam facinorosi, non solū sacerdotio,  
verū membro corporis mutilent. Aliaq̄ id gen  
permulta. Nām oia referre piget; quæ prorsus eo  
tendebat, ut nos onerarē sanctimonia, diuitijs  
& imperio spolarent. P E. Quid igit̄ cōtra hęc  
statuebat in illo hoc sacrosacto cōcilio Romāo:

IVL. Iam mihi videris oblitus id quod dixi,  
imo nihil aliud agere voluisse Conciliū practesa-  
tu, nisi ut clauū clavō pellerem. Primus ille con-  
uentus cōsumptis solēnibus quibusdā ceremoni-  
as ex authoritate relicta, quas ob authoritatē  
adhuc utcūq̄ placet obseruare, etiam si nihil ad  
rem perihet: p̄acta sacra duo, alterum de sancta  
cruce, alterum de sancto spiritu, tanq̄ huius affa-  
tu res ageretur. Deinde recitata oratio plena lau-  
dum mear̄. Proximo confessu, quanta vi potui-  
toris fulmine schismaticos illos Cardinales, p̄

c̄ impiū, plusq̄ sacrilegum, plusq̄ hereticis pra-  
nuncias, quicqd illud esset qd aut iam statuisse,  
aut statuere pararet. Tertio confessu eodē fulmi-  
ne terri Galliam, nundinis a Lugduno trāslatis  
& quibusdā Gallię partibus nomiatim exceptis  
quo magis alienarē a rege plebis animos, & alii  
quā inter ipsos seditionē excitarē. Atq̄ hęc statim  
acta, quo plus haberēt authoritatis bullis, pditā,  
ad oēs misi principes: p̄lertim ad hos, quos vide-  
bam in nostrā factionē esse ppensiōes. P E. At  
præterea nihil actum! IV. Id actum est qd' vole-  
bā: vici, si mō nostra ualebūt decreta. Tres illos  
Cardinales q̄ perfisterūt in coep̄is, Cardinalitā:  
dignitate publicis ceremonijs priuauit, sacerdoci  
orū celsus aliis cōtuli, ne facile possent restituī, ip̄i  
tradidi satanæ, libētius tamē ignib⁹ traditur⁹,  
si in man⁹ meas incidissent. P E. At amē si uera  
narras, nō paulo sanctiora uident illi⁹ schismatici  
cōciliabuli decreta, q̄ tui sacro sancti conciliū: un-  
de nihil adhuc uideo, pdisse, nisi minas tyrāni-  
cas, execrationes, & astu mixtā crudelitātē. Si sa-  
tanæ fuit illius author cōciliabuli: pp̄ius videt  
ad Christū accedere, q̄ spirit⁹ ille nescio q̄s, q̄ mō  
vīm moderat⁹ est cōciliū. VL. Qui tu qd loq̄is  
etiā atq̄ etiā vide. Nā oib⁹ bullis mēs execrat⁹ sū  
oēs, q̄cūq̄ illi cōciliabulo q̄cūq̄ modo fauerint.

PE. Miser ut ad huc veterē illū spiras Iulium?  
Sed quis tandem huius exitus negotijs? IV. Hoc  
equidē in statu reliqui, quorū euanusurū, vides  
rit fortuna. PE. Nimirū scisma manet. IVL.  
Manet, & qdē periculosisimū. PE. Ertu quidē  
Christi vicarius scisma maluisti, q̄ verū cōciliū?  
IVL. Vel trecenta scismata pocius, q̄ me uelim  
in ordinem cogi, & ad totius vitæ reddendam  
rationē adīgi. PE. Ita tibi conscius? IV. Quid  
id tua? PE. Intelligo. Non expediebat eā com  
moueri camerinā, sed penes utros erit victoria?

IVL. Istud fortunæ est in manu. Quanq̄ a no  
bis plus est pecuniarum. Gallus exhaustus est di  
utiniā bellis, Anglus auri montes habet in  
ractos adhuc. Illud indubitate possum vaticina  
ri: si Gallus vicerit, id qdē abominor, vertentur  
terum noīa, sacro sanctum illud cōciliū, satha  
næ conciliabulū erit. Ego idolū pōtificis, nō pō  
tifex: penes illos spiritus factus erit, nos spiritu sa  
tanæ fecerim⁹ omnia. Verū mihi ingēs fiducia  
est in relictiis pecunijs ne haec fiant. PE. At qd  
rei tandem incidit aduersus Gallos, & horū regem?  
quē vestri maiores Christianissimi titulo decora  
runt. p̄fertim cum illorū præsidij fatearis & vi  
xisse te, & ad istā plusq̄ imperialē coronā euectū  
Deniq̄ Bononiam, & reliquias urbes recepisse,

domuisse Venetos, omnibus inuictos. Quō tot  
tam recentium meritorum abolita memoria?  
Quō tot discissa foederat? IVL. Istam explicare  
fabulam per longum fuerit. Verū ut summatim  
dicā, nihil a me nouatum est: sed quod iam oī  
animo parturierā, tum parere coepit: quod an/  
tea rebus ita poscentibus, dissimularā, tunc ape/  
rui. Gallis nūc ex animo bene uolui. hoc tibi de  
tripode dictum pura. Nec ullus Italus ex animo  
bene uult Barbaris: non Hercule magis, q̄ lu  
pus agnis. Sed ego non Italus modo, verum etiā  
Iauensis, tantisper illis utebar amicis, dñi opus  
esset illorum ministerio. Quandoquidem hacce  
nus utendū est opera Barborum. Interea multa  
tuli, multa dissimulaui, multa finxi: deniq̄ nihil  
tū & feci, & passus sum. Verū ubi iam res in eū  
ppemodū locū deductæ sunt, in quē volebā, su  
perat ut vere Iulium agerem, rotāq̄ illā Barba  
rorū fecem Italia submouerē. PE. Cuiusmodi  
beluq̄ sunt isti, quos uocas Barbaros? IVL. Ho  
mines sunt. PE. Homines igitur, at non Chri  
stiani? IVL. Et Christiani, sed quid hoc ad rem  
pertinet? PE. Ergo Christiani quidē, sed absq̄  
literis, agrestem degentes vitā. IVL. Imo reb⁹  
istis maxime florent illi: quid insuper, id quod  
illis imprimitur, opibus, PE. Quid igit  
C

ibi uult Bárbari cognomen? Quid missas? GE.  
Dicam huius uice. Itali cum sint ex omni barba-  
rissimorum nationum colluuie conflati, confusi  
qz, non aliter qz sentina quedam, tamē e gentiliū  
literis, hanc imbiberunt insaniam, ut extra Italia  
natos barbaros appellat. Quod quidem cognos-  
minis, apud illos cōtumeliosius est, qz si parrici-  
dam dicas, aut sacrilegum. PE. Ita uidetur. At  
qui cum pro omnibus hominibus mortuus sit  
Christus, nec apud illū sit ullius psonæ respecto:  
cunctu Christi vicariū profiteris, cur nō om-  
nes complectebaris eodē anno, quos non discre-  
uit ipse Christus? IV. Evidē & Indos, & Afros,  
& Aethiopes, & Græcos complecti cupiā, si mo-  
do munerēt, & príncipē agnoscant vestigalibz.  
Verū hos omnes recidim⁹, & proxime Græcos  
qz homines nimium tenaces, parum agnoscerēt  
Romani pontificis maiestatem. PE. Ergo Ro-  
mana sedes totius orbis veluti horreū est? IV.  
Magnūm vero, si oīm metam⁹ carnalia, cū om-  
nibus nostra spiritualia seminem⁹? PE. Quæ nar-  
ras spiritualia? Nam adhuc quidē præter mūdā  
na nihil audio. Fortasse doctrina sacra trahis ad  
Christū. IVL Sunt qui cōcionent si velint: nec  
eos prohibem⁹, mō ne quid dicāt aduersus ma-  
iestatem nostram. PE. Quid igit⁹? IVL Quid  
igit⁹. Cur regibus datur quicqz exegerit; nūl qz

his acceptum referūt singuli, quicquid possideret;  
etiam si nihil ab illis acceperint. Ita quicquid est  
sacri usqz, nobis imputandum est, etiam si totā  
steriam vitam. Quanqz præter ista largissime  
donam⁹ indulgentias exigua pecuniola, disper-  
samis in rebus grauissimis nō maxia summa, pas-  
sim oībus obuīs benedicimus, idqz gratis. PE.  
Evidē nihil horum intelligo. Sed redi ad id  
quod institutum erat: quam obrem tua sanctissi-  
ma maiestas tātōpere Barbaros horreat, ut cœ/  
lum terre miscēdū duxeris, quo illos ab Italia de-  
pelleres. IV. Dicam. superstitionis est cum om-  
ne Barbarorum genus, tū præcipue Gallorum.  
Nam cum Hispanis nō pesimē nobis cōuenit,  
sive linguā sive species, sive mores. Quanqz hos qz  
submotos volebā, qz prorsus nobis liceret mo-  
re nostro agere. PE. Colūt præter Christū & ali-  
os deos? IV. Imo Christū ipsum nūmis anxie  
colunt. Antiquis quibusdam & iampridem ob-  
soletis vocabulis, mirum est qz adhuc hoīes stū-  
tissimi permoueantur. PE. Forte magicis. IV.  
Nugaris: imo simonia, blasphemia, zodomia,  
veneficio, sortilegio. PE. Bona yba. IV. Itidē  
ut tu nūc abominiās & isti. PE. Omitto noīa:  
res sunt apud vos, ne dicam apud ullos Christia-  
nos. IVL Sane Barbari non ipsi vacant uīcīs,

sed cum diuersis laborēt, nostra execrantur, suis  
blandiuntur. Nos contra nostris blandimur, illos  
lorum abominamur. Nos abominandum pro-  
brum ducimus, ac per fas, nefasq; fugiendum,  
paupertate: illi vix Christianū esse existimat opī  
bus frui vñ sine fraude quæsitis. Nos ebrietatem  
nec nominare audemus (quamq; hac qđem in  
parte, non ita, vehementer ab illis dissentiam, si  
cetera conueniant) at Germani leue putant erra-  
tum, & festiuū magis qđ sceleratum. Vsurā vehe-  
mēter execrant illi, at apud nos nullū hominū  
genus æque necessarium ecclesiæ Christi. Venerē  
ppostrā usq; adeo spurcam ducunt illi, ut si qđ  
vel nominet modo, & aerem & solem existimat  
polluit nobis longe diuersa sīnia est. Itē simonia,  
iam olim e rerū natura sublatū vocabulū, velut  
umbrā adhuc formidat illi: & antiq;as iam vere  
rum leges mordicus tenet. Nos alio spectamus.  
Atq; hīdī permulta sunt alia, in quibus nobis  
nō cōuenit cum Barbaris, proinde cū iam sim  
tam dissimili vitę instituto, procul arcendī sunt  
a nostris mysterijs, magis suspecturi si nesciant.  
Nam si semel intelleixerint arcana curiæ nostræ,  
protinus euulgant: & nefcio quo pacto ad vitia  
repellenda sunt oculatissimi: scribunt maledi-  
centissimas ad suos līras. Clamitāt passim, apud

nos nōn esse sed ēm̄ Christi, sed sentinam satang.  
De me disputant, num sic affecutus pōfificum,  
sic viuēs, pro pōfifice sim habendus. Atq; ita pri-  
num minuūt nostram apud ignotos sanctitatis  
opinonē, siml& authoritatē, qui an nihil de no-  
bis audierant, nisi qđ Christi vicē gereremus, &  
proximā, atq; adeo parē Deo p̄tātem tenerem⁹.  
Atqui his erebus intollerabilis ecclesiæ christia-  
næ iactura nascitur. Dispensatiōes & pauciores,  
& minoris uendim⁹. Minor cēlus redit ex Ep̄a-  
tibus, & sacerdotijs, & Abbatijis, Vulgus, si qđ  
exigitur, malignius dat. Breuiter, undecimq; par-  
tiōr quæstus, & steriliores nūdinæ. Postremo ful-  
mina quoq; nostra minus ac minus horret. Qđ  
si semel eo p̄cesserit audaciæ, ut dicat sceleratum  
pontificem nihil agere, ac fulmē minasq; contē-  
plerint, nobis ad famē plane redierit res. Quod  
si procul absuerint (ita ingenii est Barbarorum)  
impēsius generabunt, nosq; literis cōmode scrip-  
tis, ex animi sīnia rem gerem⁹. PE. Non optie-  
uobiscūragitur: si hinc pendet authoritas ap̄fica,  
ut vita ignoret, nesciantur technæ. Nos nihil alia  
ud optabamus, nisi ut uniuersis esset cognitum,  
quicquid vel in cubiculis ageremus. Atq; ita de-  
mum plurimi siehamus, si uere innotuissemus.  
Verum illud expedi. Adeo religiosos principes  
C. ij.

nunc habet, tantaq; est apud illos sacerdotum  
reuerentia, ut ad unius, atq; adeo talis nutum,  
ad arma descenderint uniuersi. Nam meis qui-  
dem tempibus, hos infestissimos hostes patieba-  
mur. IVL. Quantū ad vitā attinet, nō sunt ad  
modum supstitiosi Christiani. Nos plane contē-  
nunt, ac pro nugamentis habent: nisi q; aliquot  
ex his infirmiores nō nihil metuunt terrificū illū  
fulmē excommunicatiōis. Nechi tamē perinde re-  
atq; opinione cōmouent. Sunt qui nostras opes  
vel sperat vel metuūt: eoz nō nihil nostrae dese-  
runt autoritati. Quibsdā persuasum, ingens  
aliquod infortuniū manere hos, qui sacerdotib;  
q;libusq; negocīū facessunt. Omnes ferme, ut  
sunt ciuīs educati, nō nihil tribuunt ceremonijs,  
p̄sertiū a nobis prouocati. Nam ceremonijs ceu  
fabulæ quædam uulgo dant. Ceterū res inter  
serio agitur. Nos illos magnificis titulis decoraz-  
mus, etiā si sint scleratissimi. Hunc catholicū ap-  
pellātes, illum serenissimū, aliū illustrissimum,  
aliū Augustū, omnes dilectos filios nomina-  
mus, illi viciſſim nos, sanctissimos patres in suis  
literis vocant: & aliquies ad oscula pedū se sub-  
mittunt: & ubi non multum negocij vertitur, ce-  
dunt nō unq; autoritati nostrae, quo sibi pieta-  
tis d̄p̄sionem apud uulgus parent. Nos illis ro-

las mittimus consecratas, tiaras, gladios, & illo-  
rum dignitatē maximis bullis confirmamus.  
Illi viciſſim mittūt equos, milites, pecunia: non  
nunq; & pueros, arq;ita mutuū (qd aiunt) mul-  
scabunt. PE. Si tales sunt, nō dū intelligo quo  
pacto potueris sumos reges ad grauiſſima bel-  
la concitare, p̄sertiū ruptis tot foederibus. IVL.  
Atquesi nūc assequi possis ea quæ dicam, intel-  
liges īgeniū plusq; aplīcū. PE. Adhuc eqdē q;  
ad potero. IV. Illud in primis mihi studio fuit,  
om̄ gentiū, ac p̄cipue p̄cipū ingenia, mores, af-  
fectus, opes, et cona<sup>g</sup>gnosce, cui cū q; conueniat,  
cui cū quo dissidiū sit: deinde his omib; ad no-  
strā cōmoditatē uti. Pr̄cipio Gallos facile cōcita-  
uimus in Venetos: q; inter hos intercederet ve-  
atq; antiqua sītas. Deinde sciebamus, eam gena-  
tem aidam imperiū prorogandi. Et Veneti illo-  
rum q; nō nullas urbes occuparāt. statq; meū ne-  
gociū, cū illoq; negocio miscui. Tū Impator, q;  
q; alioq; nō admodū amicus Gallo, m̄ q; gā nō erat  
alia spes a Venetis recipiendi, quæ tenebant (te-  
nebat autē urbes aliquot egregias) pro tempore  
se huic bello adiūxit. Deinde, quū nō placeret Gal-  
los sup̄ modū crescere (res em̄ successerat feliciter  
q; volebā) primum Hispaniarū regē in eos exti-  
mulauit, primum hominem, non fidei adamante  
næ, deinde cui<sup>g</sup> magnopē referebat, Vicūq; p̄ni-

Gallorū potentia, cum ob alia multā, tamē prae-  
cipue, ne quando ditione Neapolitana exclude-  
retur. Ad hæc, Venetos tametsi nō probare, sicut  
tamen in gratiā recipi, ut hos quoq; recentis clas-  
dis dolore exacerbatos in Gallos immittere. Rur-  
sum Imperatorem, quem paulo ante cū Gallis cō-  
iunxerā, ab illis distracti: idq; p̄tī pecuniis, que  
apud hominē egerē semper valent plurimū, par-  
tim literis, & nunciis, renouato veteri in Gallos  
odio, quo uir ille mirū q̄ semper flagrarit, etiam  
si deerat ulciscendi facultas. Iam Anglos sciebā  
genuino odio esse in Galloq; gētem: & in ijs cō-  
fūctissimos Scotos. Ad hæc intelligebā nationē  
p̄ferocem, & belli cupidā, idq; portissimum p̄dān-  
di spe: tum etiā supsticio lam aliquotulum, quod  
longissime absit a Roma. Postremo id tempis,  
noua libertate (q̄ tandem illis morte regis omni-  
um sacerdotissimi cōtigerat) insolētes ac pene tum-  
tuantes: ut facile iam possent ad quāuis insanū  
extimulari, quodq; maxie uolebam. Accessit ad  
opportunitatē rerū mearū, rex admodū adole-  
scens, vel puer potius & nup regno potitus, inge-  
nio acri uiuī docq; acuere iuuenili, hoc est, inquie-  
to & bellicoso, nec ætate tantū ambitiosus, & ad-  
res non mediocres erectus. Qui iam tū a primis  
annis huc spectasse dicebatur, ut Gallos adoraret

armis. Super omnia affinis erat Hispano regi,  
quē iam ad arma traxerā. Hisce rebus omnibus  
usus sum ad ecclesiæ cōmoditatē, Ac sexcentis lite-  
ris, non abscq; ingenio scriptis, tandem inuolui pri-  
cipes bello omnū grauissimo. Necq; vero q̄m̄q;  
ceterorum intentatū reliqui, necq; regē Hungaro-  
rum, necq; Lusitanis, necq; Burgundionū regib⁹  
parem ducem. Verū quia ad hos nihil harum  
rerum attinebat, perpellere non quiui: & sciebā  
his tumultu atq; neminē ceterorū quietuz. Hi  
igitur quū suo more gererent animo, tamē ho-  
nestissimum titulū accepérunt a nobis, ut quo ma-  
iorē cladē inferrent pp̄lo christiano, hoc religi-  
osius viderent ecclestiam dei protegere. Atq; uti  
magis admireris vel ingenii meū, vel felicitatē,  
belligerabāt id temporis Hispaniæ rex cū Turcis  
incredibili rerum successu, maxioq; suo questu:  
& tamē illis omnibus omissis, in Gallū uniuers-  
as v̄tres cōuertit. Ad hæc imperator nō foederi-  
bus modo multis, verūtā beneficijs & inmēsis  
deuinctus erat Gallis, vel hoc nomie, q̄ horum  
sumptu operacj, suas in Italia ciuitates recepisset.  
Et hic erat quod ageret, nempe ut sua tuereur.  
Iam em Patauū desciuerat, & in Burgundia, Nē-  
pe ut Geldrios hostes grauissimos (in quos bellū  
suscipiendi fuerat author) a nepote suo Burgun-

diohū p̄cipē depelleret. Et sic feci, ut suis oīissis  
meū agerent negocis. Tum nulla gens est, apud  
quā minus ualeat summi pontificis autoritas, q̄  
Anglorū ( id qd̄ protin⁹ liquebit, siq̄ diui Tho-  
mæ Cantuariensis ep̄i vitā, ac veterū Regū cōsti-  
tutiones euoluerit) & sic gens alioqui exactiōnū  
impatientissima, passa est propemodū se deglu-  
bi. Mirū autem, q̄ sacerdotes quoq̄, qui nobis  
confueuerant quicqd pñt subtrahere, n̄s q̄ntūis  
multas admirerint: haud p̄p̄dentes cuiusmōr̄  
fenestrā regibus in posterū aperuerint. Quanq̄  
nec ip̄i reges satis aduertebant, qd̄ exēplū in-  
duxerint aduersus seip̄os. Nēpe, ut liceat postea  
Ro. sacrificio regno mouere, quē oderit p̄cipē.  
Et rex adolescens maiori etiam motu rem ag-  
gressus est q̄ uolebā, aut q̄ iusserā: tametsi male-  
bam in hāc peccari partem. Iam uero longū fuz-  
rit explicare sigillatim, qbus artibus eos princi-  
pes ad tam periculosum bellū excitarim in Chri-  
stianos, quos nullus unq̄ pontifex vel in Turcas  
potuit excitare. PE. At fieri p̄t, ut bellorū incē-  
dium p̄ te suscitatiū, uniuersum deniq̄ mūdū cor-  
ripiat. IVL. Corripiat sane, modo Romana se-  
des dignitatē, & possessiōes tuae ūras, Tametsi  
conat⁹ sum oēm bellī molē ab Ital⁹ in Barbaros  
reīcere, dīmicet illi q̄ntū liber, nos spectabimus

& fortassis illorū fruemur insania. PE. Pertinet  
hoc ad rem & patrē sanctissimū, & Christi vica-  
rium: IVL. Cur excitat schisimā? PE. Arqui pec-  
cata nōnunq̄ ferenda sunt, si plus malorū a me  
dela. Deinde si tu cōciliū admis̄ses, nō erat loc⁹  
schismati. IVL. Bona verba. Ego sexcta bella  
malim, q̄ cōciliū. Quid si me submouissent p̄  
tificio, vēti simoniacū, et negotiatorē p̄tificij,  
nō p̄tificē? Quid, si oēm vitā mēa pdidicissem  
p̄didissentq; in vulguse. PE. Etia si ver⁹ p̄tifix  
esset, tñ sati⁹ erat honori cedere, q̄ tatis orbis chri-  
stiani malis tuā dignitatē tueri. Si mō dignitas ē  
ep̄atus indigno cōmissus, ac ne cōmissus quidē,  
sed emptus, & arreptus. Vnde illud mihi obiter  
venit in mentē, te consilio quodā diuino Gallis  
exitisse pestē, qui pri⁹ ecclēsiae te p̄fēcte ūexerūt.  
IVL. Per triplicem coronam meam iuro, perch  
meos clarissimos triumphos, si mihi bilē moue-  
ris, senties & tu vim lulij. PE. O phreneticū, sed  
mundanum, ne mundanum tantum, sed ethni-  
cum, Imo ethnicis sceleratiōē. Gloriaris te plu-  
rimum potuisse ad discindenda foedera, ad in-  
flammanda bella, ad strages hominum excitā-  
das. Ista satanæ potestas est non pontificis. Qui  
Christi vīcarium se facit, cum oportet ad illius  
exemplar̄ quam proxime accedere.

Est in illo summa pars, sed cum summa honestate coniuncta: est summa sapientia, sed simplicissima. In te pars imaginis video, cum summa malicia, summa pars stultitia copulata. Quod si malorum principes diabolus, vicarium sibi cupiat subrogare: quem potius asciscat, quod tui similem. Dicubi virorum apostolicum egeris? IVL. Quid magis apostolicum, quod augere Christi ecclesiam? PE. Atqui si ecclesia est populus christianus, Christi spiritu coaglutinatus, subvertisse mihi uideris ecclesiam: qui orbem uniuersum ad teterima bella concitaris, quod turpiter pune malus & pestilens esses. IVL. Nos eccliam vocamus sacras aedes, sacerdotes, & praecipue curiam Romanam: me in primis, qui caput sum ecclesie. PE. At Christus nos ministros fecit, se caput: nisi nunc secundum caput accreuerit. Sed quibus tandem aucta est ecclesia? IVL. Nunc ad rem accedis: itaque dicam. Illa olim famelica & pauper ecclesia, nunc adeo floret ornamentis omnibus. PE. Quibus adore fidei? IV. Rursum nugaris. PE. Sacra doctrina? IVL. Obtundis. PE. Contemptu mudi? IVL. Sine me dicere, veris inquam ornamentis, nam iste cverba sunt: PE. Quibus igitur? IVL. Palatis regalibus, equis & mulis pulcherrimis, famulitio frequenter, copiis instructissimis, satellitis exquisitis.

GE. Scortis formosissimis, lentiibus obsequentissimis. IVL. Auro, purpura, vestigialibus: ut nullus regum non humili ac pauper videatur, si cum Ro. pontificis opibus, strepitus conferatur nemo tamquam ambitiosus, quin se victum agnoscar, nemmo tamquam laetus, quoniam suam condonet frugalitatem: nemo tamquam numerus nec scenerator, quin nimis iudeat opibus. Haec inquit ornamenti & tutarum sum, & auxiliis. PE. Sed dicio mihi: quis omnium primus istis ornamenti & inquinavit & onerauit ecclesiam, quam Christus purissimam pariter & expeditissimam esse uoluit? IVL. Quid istud ad rem attinet? Certe quod est caput, tenemus, possidemus, fruimus: quanquam aiunt Constantinus quando uniuersitatem imperij sui maiestatem in Sylvestrum Ro. pontificis transfluxisse, phaleras, equos, currus, galeas, balteos, paludamentum satellitum, enses, coronas aureas, & auri quidem purissimi, exercitus, machinas bellicas, urbes, regna. PE. Et extat isti munificiis certa monumeta? IVL. Nulla, preter paleam unam decretis admixta. PE. Fabula fortassis est. IV. Id vel ex meipso coniocio. Quis enim sanus, tam magnificum imperium cederet vel patris: sed tamen qualem de libertate credere, & curiosus haec resellere conatus, bus, silentium magnum minus indicimus. PE. Argu nihil adhuc audio, nisi mudum. IV. Tu fortasse

Veterē illā ecclesiā ad huc somniās, in qua tu cum  
famelicis aliquot ep̄is frigidū sane p̄ōtifice age-  
bas, paupertati, sudori, p̄iculis, ac mille obnoxius  
incōmodis. Iam ætas in melius cōmutauit oīa.  
Alia lōge res nūc est Ro. p̄ōtifex; tu noīe titulor̄  
dūtaxat eras p̄ōtifex. Quid si nūc videres tot fa-  
cas ædes regijs extractas' opib⁹, tot ubiq̄ sacer-  
dotū millia, plerosq; censu amplissimo, tot ep̄os  
armis & opib⁹ sumis pares regibus, tot splen-  
didissima sacerdotū palatia, p̄cipue yō, si Romæ  
videoas tot purpuratos Cardinales, legionibus  
famulor̄ stipatos, tot eq̄s plusq; regios, tot mu-  
llas byssō, auro, gēmis ornatās, alicq̄ soleis etiā  
aureis et argēteis calceatos. Iā si summū p̄ōtifice  
cōspiceres, sublimē in aurea sella militū humeris  
vehī, ad manū mortā passim oēs adorātes: si stre-  
pitū audires bombardar̄, si clangorē tubarū, si  
bombos classicor̄, si fulmia machiniar̄ videres,  
si pp̄li aplausus, si acclamatiōes, si oīa tædis col-  
lucētia, si sumos etiā prīcipes ad beatorū oscula  
pedū vix admitti. Si spectaſſes Ro. illū sacerdotē  
pede coronā aureā iponente īmpatori Romao  
qui rex est regū oīm ( si qđ mō valerēt Iura scrip-  
ta ) qđq̄ nihil obtinet, nisi magni nomis umbrā.  
Hec iquā si vidisses, ap̄dissesq; qđrādē diceres  
PE. Tyrannū plus qđ mundanum videre me,

Christi hōstem, ecclesiæ pestē. IV. Secus Joquē  
teris, si v̄l unum meorū triumphorū spectaſſes,  
vel eū quo Bononiā sum inuictus, vel quē egū  
Romæ subactis Venetis, vel qđ Bononiā fugiens  
Romā sum reuect⁹, uel quē hic egi postremum,  
Gallis p̄ter oēm spē fusis apud Rauēnam: si mā-  
nos, si caballos, si militū armator̄, si ducum  
ornamēta, si delectorū spectac̄la pueror̄, si faces  
undic̄ lucentes, si ferculorū apparatū, si pompæ  
ep̄or̄, si cardialitū fastū, si tropheā, si manubias,  
si in coelū reboātes plebis ac militū acclamatio-  
nes, si plausū p̄strepētia oīa, si lituora cantū, tuba  
rū tonitrua, bombardar̄, fulmia, si sparlos in po-  
puliū numos, si me veluti numē qđdā sublimē  
ferri spectaſſes, tot⁹ pompæ caput & authorē, rū  
Scipiōs, Aemilios, Augustos, sordidos ac fruga-  
les dixisseſ pr̄e me. P E. Ohe, satis triumpho-  
rum glorioſiſſime miles, immo illos, licet ethni-  
cos, odio tui complecterer, qđ cæſis tua causa tot  
christianorum milibus, triumphos agebas fan-  
tissimus in christo pater, tot legiōibus interitus  
author extitisti, qđ ne unam animulam, necq; uer-  
bo, necq; uita Christo lucifeceris. Opaterna vi-  
scra, o dignū christi vicariū, qui semetiōm im-  
pendit ut omnes seruaret. Tu ut unum p̄stilens  
defederes caput, toſius orbis exitium accersisti.

IVL. Ista loqris, q̄ inuidēris gloriæ nostræ,  
dum p̄spicis q̄ humilis fuerit tuus ep̄atus cū nō  
collatus. PE. Audes impudens tuam gloriam  
cū mea conferre? Tamē si mea gloria, christi glo-  
ria est, non mea. Prīmū omniū lī mihi das chri-  
stū optimū esse, uerūq; prīcipe ecclesie, ip̄e mihi  
claves regni dedit, ip̄e p̄scēdas oves cōmisit, ip̄e  
se mēa fidē suo p̄conio approbauit: te pecunia, te  
studia mortaliū, te fraudes fecere p̄tifice, si mo-  
do pontifex is appellandus est. Ego tot animar̄  
milia ch̄ro lucrifici: tu tot in exitū traxisti. Ego  
Romā antea gētīlē, prim⁹ Christū docui: tu chris-  
tianæ iā gentilitatis extitisti maḡr. Ego uel um-  
bra corporis sanabam ægrotos, liberabam a dæ-  
monio vexatos, ad vitā reuocauī defunctos, &  
quacūq; incederē beneficis implebā oīa. Quid  
tū tui habuere triūphis? Poterā verbo quē uolu-  
issim tradere satanæ: & quantū potuerī, experta  
est Saphira cū suo marito, Tamē quicquid habe-  
bā potestatis, in utilitatē omniū consumplsi. Tu  
oīibus inutilis, si quid poteras, Imo, & quod nō  
poteras, ad publicā orbis perniciē vertisti. IV.  
Demiror, cur in catalogo gloriarū tuar̄ nō he-  
ciā addis, pauperiē, vigilias, sudores, tribuna-  
lia, carceres, vicula, p̄bra, plagas, crucea deniq;.  
PE. Recepit admones. Nam istis de rebus iustius

non cōuenire sacerdotibus, imo ne christianis q̄  
dem, v̄g; hæc alias. Cur tam accurate te Ligure,  
esse prædicas? q̄si quicq; hoc ad Christi vicariū  
pertineat, qua gente sit oriūdus. I V. Imo sūmā  
exīstimo pietatē, gentē mēā nobilitare: proinde  
titulum h̄ūc, numisimatis, statuīs, fornicibus, ac  
parietibus omnibus inscribo. PE. Ergo patriā  
nouit q̄ patrē nō nouit? At ego initio putabā te  
de cœlesti Hierusalē credentiū patria logi: dec̄ illi  
us unico principe, cui⁹ optat illi sanctificari, hoc  
est, illustrari nomē. Sed cur addis, Sixti ex sorore  
nepotē, quē q̄dem hominē demiror nunq; huc  
accessisse: prælerit cū & summus fuerit Pontia-  
fex, & tibi rāto duci cognat⁹. Quare dicobsecro,  
qd hominis fuit: sacerdos nec I V L. Imo miles  
egregius, tum eximiae religiōis, nempe Franciscā-  
næ. PE. Equidē Franciscū vidi quondā vir  
inter laicos op̄imū, op̄ū, voluptatis, ambitionis  
summi contemptorem. An pauperculus ille ta-  
les nūc habet satrapas? I V L. Tu quantū uideo  
nolis quēquā ad meliora p̄ficere. pauper erat &  
Benedictus, cum huius posteri nūc adeo diuites  
sint, ut nos etiā illis inuidēamus. PE. Pulchre, s̄  
ad rē redito, de Sixti nepote. I V. Cōsulto id facio  
nimis: ut obturē os illis, q̄ me ex illo propugna-  
tū affirmāt, nimū libere. PE. Libre, h̄nū & v̄c;

I V L. At qui non est istud e pōtificia dignitate,  
cuius ubiq̄ habēda est ratio. P E. At ipsa sui ra-  
tionē ita demū rectissime mihi uidet̄ habitura,  
si nihil admittat qd̄ iure possit opp̄bari. Sed ob-  
testor p̄ pontificā maiestatē dic mihi bona fide,  
est ne ista iam via vulgaris, ac solennis ad sum-  
mū pontificū perueniēdi, quā mō depingebās.

I V L. Aliquot iam seculis haud sicut alia, nisi  
forte qui mihi successurus est, alia creabitur via.  
Nam ipse summum assēcutus pontificium, sta-  
tim edita formidabili bullā caui, ne quis simili  
ratiōe ad eū honorē penetraret, eā bullā & paulo  
ante mortē renouauit: qntū sit ualuitura, uiderint  
alij. P E. Opinor neminē rectius id malū descri-  
bere potuisse: sed illud miror, quēq̄ inueniri, q  
mūn⁹ hoc velit suscipere, p̄serti quū tot occupati  
onibus sit (ut audio) obnoxius, & tanto negocio  
ad id sit eluctandū. Nā me pōtifice vix quisq̄ vi-  
poterat adigi, ut presbyteri aut diaconi suscipe-  
re honorem. I V L. Nec mirum adeo, nā illis  
temporib⁹ census episcoporū & p̄mium nihil  
aliud erat, q̄ labores, vigiliae, ieunia, doctrina;  
sæp̄ numero mors: nū regnū est ac tyrannis. &  
q̄s pro regno, si spes sit nō dimitet. P E. Sed age,  
qd̄ Bononia, num a fide descuerat, ut fuerit sedi  
Romane restituenda. I V L. Bona yba, nō hoc

gloriabor, q̄ de miraculis Horū noīe Christus  
nos iussit gaudere & exultare, horū noīe nos bea-  
tos vocauit. Ita Paulus collega quondā me⁹, cū  
sua iactat facinora, nō cōmemorat vrbes armis  
expugnatas, nō legiones ferro cæfas, non orbis  
principes ad bella concitatos, non fastus tyran-  
cos: sed naufragia, vincula, flagra, pericula, insu-  
dias, hic est triumphus vere ap̄licus. hæc est glo-  
ria christiani dūis. Iactat ille quos genuerit chri-  
sto, quos ab impietate retraxerit, Nō quot duca-  
torum milia congefferit. Deniq̄ nos cum Chri-  
sto perpetuū iam agentes triumphū laudibus, p-  
sequitur & malis: Te nemo nō execrabit, nīsivel-  
tui similis, vel adulator. IV. Rem inauditam au-  
dio. P E. Credo .nam qui tibi fuisset oīū euāge-  
licas euoluere literas, Pauli, measq̄ ep̄stolas le-  
ctuare, tot legationibus, tot foederibus, tot rōni-  
bus, tot exercitib⁹, tot triūphis occupato: At cæ-  
terę qdē artes om̄es animū desyderat̄ sordidis  
vacuū curis: Christi vero disciplina, pectus reg-  
quirit ab omni contagio terrenæ sollicititudinis  
purgatissimū. Nec enim tantus magister e celo  
descendit in terras, vt facilem aliquā, aut vulga-  
garem philosophiā traderet mortalibus. Non  
otiosa nec̄ secura professio est, esse christianum,  
Voluptates omnes ceu venenū aspernari. Diuiti-

D

as perinde ut lutū calcare, vitam pro nihilo dūcere. Hæc est christiani homis professio. Hæc qz niā intollerandā identur, ijs qui nō christi sp̄itu aguntur, ad inanā quædam vocabula, mesrasq; ceremonias deflectūt, & factitio capiti christi, factitū addunt corpus. IVL. Quid tandem mihi boni reliquū facis, si me numis exuis, si regno spoliis, si nudas sc̄enore, si voluptatibꝫ abdicas si vita deniq; priuas. PE. Quin tu igīt ipm christum infelicitē pronuncias: qui cum esset omniū summus, ludibriū factus est omniū in pauperate, sudoribus, ieunijs, in fame vitam omnem peregit: deniq; morte omniū probrofissima defunctus est. IVL. Inueniet fortasse qui laudet, qui imitetur neminem, his sane tēporibꝫ. PE. Atqui hoc ipm deniq; laudare, ē imitari. Quāq; Christus nō orbat suos bonis, sed profalsis bonis, veris & æternis locupletat, at non locupletat nisi prius oībus huiꝫ mūdi bonis abdicatos ac repurgatos. Ut ipse totus erat coelestis, ita corpꝫ suū, hoc est, ecclesiā sui simillimā esse voluit. i. a mūdi contagij alienissimā. Alioqui qui posset esse idem cū illo, qui sedet in cœlis, si terrenis adhuc fecibus īmergat? Verū vbi fuerit excussum ab omnibus huius mundi cōmodis, atq; etiam quod anxiꝫ est, affectibus, Tum deniq; Christi

litas explicat opes: pro relictis mellitis, īmo multa aloe tinctis voluptatibus, colestū gaudi orū gustum impertit, pro relictis opibus longe præstantiores impertit. IVL. Quas obsecro: PE. Nitu vulgares opes putas, prophetiæ donū, donū scientie, donū miraculorū, nisi vilem putas christum ipsum, quem quisquis habet, in ipso possūdet omnia. Postremo nisi nos hic pauperē agere vitā putas. Ita qz qscq; in mūdo est afflictior hoc yberius deliciat in christo; quo in mūdo pauperior, hoc in christo locupletior, quo in mūdo deictior, hoc in illo sublimior & honoratior, quo minus vivit in mundo, hoc magis vivit in christo. Verū cum totū corpus suū purissimum esse voluit, tū precipue ministros, hoc est epos: & inter hos quo quisq; maior est, hoc sit christo similior & ab omnibus mūdi cōmodis expeditior & exoneratior. Nunc cōtra video, cū qui Christo paximus, atq; adeo par haberī vult, omniū maxime rebus lordidissimis immersum, pecunij, ditōibus, copijs, bellis, fœderibus, vt ne quid interīm de vitijs dicā. Et postea cum sis alienissimus a Christo, Christi tamē titulo ad tuā abuteris superbiā: & illius p̄textu, qui regnū mundi despexit, mundanū tyrannū agis: & verus christi hostis, agis honore Christo debitū. Benedicis alij;

ipse maledictus. Aperis alij̄s cœlū, vnde ip̄e procul exclusus es. Cōfēras execratus. excōicas, cui nihil est cum sanctis cōmune. Quid. n., inter te & Turcā t̄ducem, n̄isi quod tu christi vocabulū p̄t̄xis. Certe mens eadem, consimiles vitæ foras, Tu maior orbis pestis. IV. At ego cupiebā ecclesiā oībus bonis exornatā. Sed Aristotelem aiunt tres honor̄ ordines constitutere: quoīq; que dam sunt fortunæ, quædā corporis, quædā animi. Itaq; nōlebā bonor̄ ordinē inuertere. A fortunæ bonis coepi: fortasse paulat̄ ad animi bona venturus, n̄isi p̄matura mors terris me eripuerit. PE. Præmatura sane, nempe septagenarii t̄q; quid opus erat aquā igni miscere? IV. At qui si desunt ista cōmoda, vulgus nos nō pilifaciet. Quin nūnc quoīq; metuūt & oderunt. Atq; ita tota resp̄. christiana collaboreret, n̄i cōtra vim inimicor̄ se seueri queat. PE. Imo si christiano rum vulgus cōspiceret in te veras christi dotes, nempe vite sanctimonīā, sacrā doctrinā, charitatem flagrantē, prophetiā, virtutes: hoc te magis suspiceret, quo a mūdi cōmodis intelligeret mū diorem. Et christiana resp̄. latius floreret, si pusilitate vitæ, si contēptu voluptatū, diuitiar̄, insperij, mortis, gentilibus esset admiranda. Nunc non solū contracta est in angustissima, verū etiam

si diligenter excutias, plerosq; hoie duxat atque  
uenies christianos. Quæsto te non reputabas tecum  
cum eis sumus ecclesiæ pastor, quib; mo-  
dis nata esset ecclesia, quibus aucta, quibus consti-  
bilita. Num bellis/num opibus/num equis? Imo  
patientia/sanguine martyrum & nostro/carceribus  
flagris. Tu ecclesiæ dicas auctam; cum humana di-  
tione onerati sunt illius ministri. Ornatam vocas;  
cum mundi muneribus ac delitijs inquinat. De-  
fensam appellas, cum pro sacerdotum peculio mun-  
dus vniuersus bellis pernitiosissimis conflictat.  
Florentem dicas; cum mundi voluptatibus ebria es.  
Tranquillam, cum nemine redamante, diuitijs,  
imo vitis frui. Atque his bracteatis titulis præci-  
pibus imposuisti; qui te præceptore docti, ma-  
gna sua latrociniâ ac furiosos confisctus, Christi  
defensionem vocant. IV. At qui ista nunquam  
te hac audiui. PE. Quid igit; docebant te conci-  
onatores? IV. Ab illis quidem nihil nisi meras  
laudes audiebam; phaleratis verbis mea pœnaria  
detonabant, me louium fulmine concutientem oia  
me verū quoddam numen esse predicabant; publi-  
cam orbis salutem; alia faciūd genus permulta. PE.  
Nec mihi fane, nullū exitisse quid te condiret; cù  
tu sal-esses insulsus & fatuus. Nam id proprium  
aplici viri munus/alias docere Christum/ideq; pu-

**R**essime. **I**V. Nō aperis igit̄ P̄E. Cuius potius  
q̄ cali pesti. Nam tibi quidē omnes excōdicati su-  
mus. Sed vis consiliū non malū: habes manum  
hominū strēnuor̄: habes pecuniā imenſam: es  
ip̄se bonus edificator: extrue tibi nouū aliquem  
paradisum, sed probe munitam: ne possit a caco-  
dæmonibus expugnari. **I**V. Lmo faciā quod  
me dignū est: operiar mēses aliquot: & auctis co-  
pijs meis, vi deturbabo vos istinc: nīl in deditio-  
nē venietis. Neq̄ em̄ dubito qn breui sīat ad me  
e bello: stragib⁹ lx. hoīm milia pūctura. P̄E.  
**O** pestē: o misera ecclesiā. Sed heus Genie: nam  
tecū magis libet cōfabulari, q̄ cū isto deterrimo  
monstro. **G**E. Quid est? **P**̄E. Sūt istiusmodi cō-  
teri quoq̄ ep̄i? **G**E. Bona pars huius est farinæ  
ver̄: hic oīm aīsignamus. **P**̄E. Tu videlicet ho-  
minē ad tot excitasti flagitia: **G**E. Ego minime  
āmo adeo p̄currebat, vt ip̄se vix alīs adiutus aīse  
qui possem. **P**̄E. Sane non miror si huc tam pau-  
ci adueniunt: cum hm̄oi pestes ecclisiæ guberna-  
culis affideant, q̄n quidē vulgum vtcūlq̄ sanabi-  
lem esse, vel hinc cōīcio: qd̄ ob solū pontificis  
titulū, tam sp̄urcæ cloacæ defert honorem. **G**E.  
Rem ipsam dīcis: sed iam dudū innuit mihi me-  
us imperator: & baculū mouet, itaq̄ Vale.